

N. P.
S. D. N. D. P A V L I

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE III.

B V L L A

NOVAE MONITIONIS ET RE-

quisitionis pœnalis Prælatorum, & aliorū vocem
in Concilio habentium: ut ad illud quan-
tocius possint, per se ipatos, & nō p
Procuratores, compareant
& interficiunt.



PAVLVS EPISCO-
PVS SERVVS SER-
VORVM DEI.

AD FVTVRAM REI
MEMORIAM.

E C E T Nos à cœlesti patres ami-
D lias vineæ suæ excolendæ præfctos more
diligentis villici , qui singula quæq; in agro
suo peragenda , non solum opportunis loco
et tempore , verum etiam per ministros ad id idoneos expe-
diri curat diligenter intendere : vt quæ in eadem vinea
pro tempore facienda occurrant , tum congruis loco et te-
pore , tum etiā per ministros , ad quos ea spectent , solicite
procurentur . Undum siquidem sperantes ex celebratione
Oecumenici et generalis Concilij fieri posse , ut dissidia in
religione Christiana tolleretur , et Xpiani populi mores re-
formarentur , ac sub sanctissimo Crucis vexillo , expeditio
contra infideles susciperetur : Sacru Oecumenicu et genera-
le Concilium , in Civitate Tridentina incipiendum et pro-
sequendum , indiximus et annunciamus : ac omnes , omni-
bus ex locis , tam venerabiles fratres nostros , Patriarchas ,
Archiepiscopos , et Episcopos , ac dilectos filios Abba-
tes , et alios quoscunq; , quibus iure , aut priuilegio , in Co-
cilij generalibus residendi , et sententias in eo dicendi po-

testas permitta est, requisuimus, hortati suimus, ut mo-
nuimus, eis nihilominus in vi Iurisiurandi, quod nobis, et
haic Sanctae Sedis apostolicae prestatuerant, in uirtute
Sanctae obedientiae, et sub poenis iure aut consuetudine
in celebrationibus Conciliorum aduersus non accedentes fer-
ri, et proponi solitis: Mandantes archeos precipientes, ut
ipsimet personaliter, nisi forte insto detinerentur impedie-
mento de quo fidem facere tenerentur, aut eo casu per suos
legitimos procuratores et nuncios, prosecutioni celebra-
tionis Concilij huiusmodi, omnino adesse, et interesse vel
lent, prout in diuersis nostris desuper conjectis litteris ple-
nius continetur. Cum autem, sicut nobis nuper innotuit, li-
cet Quarta Dominica Quadragesimae, quam tanquam diem lo-
tutio ad prosequendum Concilium huiusmodi deputauera-
mus, iamdiu effluxerit: Nihilominus praeter nostros, et
dictae Sedis Legatos, ac quosdam Praelatos, qui in Curia
Romanae, illuc se contulerunt, pauci adhuc Praelati ad di-
Etiam Civitatem accesserint, quinimmo fidei dignorum relatione
acceperimus, quamplures ex Praelatis et alijs in Conci-
lijs generalibus vocē habentibus, non reminiscentes, quod ipse
ibi aliquo legitimo iuris impedimentoo non detineantur, per
se ipsos, et non per procuratores, in Concilio comparere,
et illius prosecutioni interesse debent, propterea quod man-
data ad imbi pro se comparendum, alijs dederint, ad Con-
cilium huiusmodi accedere non curare. Nos attendentes
gravitatem negotiorum, que in eodem Concilio tractanda
erunt, Praelatorum, et aliorum vocem habentium huiusmodi

Indicium, Consilium, & præsentiam exigere. Et prople-
re ne sub p̄textu alicuius forsitan minus legitimi impedimē-
ti, aut spei eorum admissionis per procuratorem, ipsi ab ac-
cedendo ad ipsum Concilium retrahantur, et ut absq; ali-
qua corruptiella singulorum Prælatorum & aliorum, ut
p̄fertur, vocem habentium, iudicia & consilia huiusmodi
in eodem Concilio libere exquiri & haberi possint, pro-
videre volētes: Habita desuper cum venerabilibus fratri-
bus nostris, S. R. E. Cardinalibus matura deliberatio-
ne: De eorum Consilio & assensu, eosdem Patriarchas,
Archiepiscopos, & Episcopos, ac Abbates, & alios qui-
bus in Concilijs generalibus residendi, et in eis sententias
dicendi (ut p̄mittitur) permitta est potestas: De nouo
monemus, & bortamur, ac in Dño requirimus, eisq; non
solum sub periurijs, et alijs pœnis p̄dictis, verum etiam sub
suspensiōnē a regimine, & administratione Ecclesiastū
quibus præsunt, ac aliarum dignitatum, ceterorūq; benefi-
ciorum Ecclesiasticorum, quorum ratione, eis locus in Cō-
cilio, & potestas sententiam in eo dicendi permittitur, p̄
eos obtentorum, necnon interdicti ingressus Ecclesiae, senten-
tij, per eos, nisi præsentibus cū effectu paruerint, eo ipso
incurrentis, districte præcipiendo mādamus: quatenus mā-
datis procurationum p̄ eos hac tenus, ut p̄fertur, factis vel
imposturum faciendis, que omnino reuocare, & eorū re-
uocationem procuratoribus per eos constitutis, aut Conci-
lio huiusmodi intimare, sub eisdem pœnis & sententijs te-
neantur, minime attentis: Ipsimet personaliter perse

ipsoſ, eſt nō p rocuratorem, aut procuratores (niſi forte
iuſto detineantur impedimento) quo caſu, procuratorem ad
ſe in eodem Concilio excuſandum, & de corum impedi-
mento, fidem legitimam faciendum, ita tamen q uod eodem im-
pedimento ceſſante, ipsi personaliter, eſt non per procura-
torem, aut procuratores, ad hæc omnino teneantur, conſti-
tuere poſſint, quātocitius poterunt, ad eādem ciuitatē Tri-
dentinam accedere, & prosecutioni celebrationis Concilij
huiusmodi adereſſe, & intereſſe velint, nec mandata pro-
curationum, pro aliquibus Prælatiſ, aut alijs vocē, vt pfer-
tur, habētiſbus, niſi iuſto impedimento detineantur, eſt tunc
ad eorum impedimenta duntaxat deducendum & proban-
dum, recipere aut acceptare p rafumant. Nos enim omnia
& ſingula mandata, per eodem Prælatos & alios, vt
p rafertur, vocem habenteſ: ad aliud q uod eorum iuſtum im-
pedimentum in Concilio huiusmodi allegandum & pro-
bandum, haſtenus ſacta & imposterum facienda, nulla,
irrita & inania, nulliusq; roboris & momenti fore, ac
ſolum Prælatos & alios, vocem, vt p rafertur, habenteſ,
in dicto Concilio p rafenteſ, & pro i p f iſmet p rafentibus
duntaxat, & non alijs, etiam ſi ab eis mandata, cū quacūq;
etiam plena & libera facultate & poteſtate habuerint,
vocem in dicto Concilio habere: Sicq; in p m iſſis omnibus
& ſingulis, per quos canq; quauis auctoritate fungētes. Su-
blata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, &
interpretandi auctoritate & facultate, iudicari, & inter-
pretari debere, ac quicquid ſecus ſuper hys a quoq; quauis

auctoritate , scienter vel ignorantiter , contigerit attentari ,
irritum e inane decernimus . Non obstantibus quibusuis
concessionibus , indulgentijs , & literis Apostolicis , eis , &
quibusuis alijs , sub quibuscumq; tenoribus , & formis , &
cum quibusuis , etiam derogatoriarum derogatorijs , alijsq;
efficacioribus , & insolitis clausulis , irritantibusq; , & alijs
decretis quomodolibet , etiam motu proprio , concessis : ac
etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis : contrarijs
quibuscumq;. Aut si Patriarchis , Archiepiscopis , Episco-
pis , Abbatibus , & alijs sub presentibus literis comprehen-
sis , communiter vel diuīsim , ab eadem sit sede indultum , q;
interdici , suspendi , vel excommunicari non possint , per li-
teras Apostolicas non facientes plenam & expressam , ac
de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem . Ut
autem pmissa omnia , ad eorum , quorum interest , notitiam ,
decucantur , Nullusq; de eis ignorantiam iuste pretendere
possit : Volumus , & Apostolica auctoritate decernimus ,
q; præsentes literæ , p aliquos Curie nostræ Curores , vel
Notarios publicos , in Basilica principis Apostolorum de
Vrbe , & Ecclesia Lateraneñ . Dum inibi multitudo ad
diuina audienda conuenerit , palam , & clara voce legan-
tur : & lectæ in earundem Basilicæ & ecclesiæ ac Can-
cellariæ Apostolicæ valvis , necnon in acie Campi Floræ
affigantur , ubi ad lectionem , & notitiam cunctoru alii-
quandiu affixa pendeant , & cū inde amouebuntur , earu
exempla , in eisdem locis remaneant affixa . Qdip earum
transumptis manu Notarij publici subscriptis , & sigillo

alicuius p̄sonæ in dignitate Ecclesiastica constitutœ muni-
tis, certa ē indubitate fides adhibeatur, prout p̄sentibus li-
teris adhiberetur si forent exhibitæ vel ostenditæ. Nulli ergo
omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ monitionis,
hortationis, requisitionis, voluntatis, & decreti infringe-
re, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attē-
tare præsumperit, indignationē omnipotentis Dei, ac bea-
torum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit in-
cursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petram, Anno
incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo Qua-
dragesimo Quinto. Quintodecimo Kal. Maij. Pontifi-
catus nostri, Anno Vindictimo.

Fab. Ep̄us Spoletiū.

B. Motta.

ANNO a Natiuitate Domini, Millesimo Quinq^{uo}
tesimo Quadragesimo quinto. Indictione tertia, Die
vero prima Mensis Maij. Pontificatus Sanctissimi in Chri-
sto patris, & Domini nostri Domini Pauli, diuina pro-
videntia Papæ Tertij, Anno eius Undecimo. Retroscri-
ptæ literæ monitionis, hortationis, & requisitionis, palâ,
publice, clara & intelligibili voce, in basilica Principis
Apostolorū de Vrbe, dum inibi diuina officia de mane ce-
lebrabantur, & magna populi multitudo congregata esset,
de verbo ad verbum, per me Ioannem Roillard, præfati
Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursorē, lectæ & deinde
affixæ & publicatæ fuerunt. Et successiue eadem die in
Ecclesia sancti Ioannis Lateranen^m, etiam de verbo ad ver-
bum similiter hora vesperorum, per me eundem Ioannem
lectæ & affixæ ac publicatæ fuerunt. Et postmodū eadē
die affixæ & publicatæ, in valvis seu portis Cancella-
riæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis in su-
pradicis locis, per aliquod temporis spatiū, affixis, &
deinde amotis, copiam earundem literarum in quolibet loco
supradicto affigendo & dimitendo, p nos Petru Gomez, &
Ioannem Roillard, prælibati Sanctissimi Domini nostri
Papæ Cursorores.

Ita est Petrus Gomez Cursor.

Ita est Ioannes Roillard Cursor.

Ita est Dominicus Vaequer Magister Cursorum.